

Sermo

sed voluerunt ipsum capere. sed dicit thema quod nemo apprehendit eum. Ratio. quia nondum venerat hora eius. scilicet ordinata a sancta trinitate. In nocte passionis dixit. surgite eam hinc. quia venit hora. **Matth. xxiii. Luc. xxii.** Ecce finis disputationis. **Orationaliter** in hoc quod christus servare voluit horam ordinatam ostendit nobis christus ut servemus tempus et horam ordinatam ad laborandum et quiescendum. **Tempus et hora ordinata ad laborandum est feria sancta tertia quarta etc.** **Tempus et hora ordinata ad quiescendum est dominica.** **Memeto ut diem sabbati sanctifices.** **Sex diebus operaberis et facies omnia opera tua.** septimo autem die sabbatum domini dei tui est. non facies in eo omne opus. **Ex. xx.** Nota sex diebus operaberis. **Dic protra illos que custodiunt dies egyptios contra preceptum dei.** sex dies operaberis. **Nota si vis alium introitu frimonis dicere sic.** Sanctum evangelium continet tres doctrinas christi. excellentes. **Prima est doctrina instructiva alte.** **Secunda est doctrina responsiva apte.** **Tertia est doctrina reprehensiva iuste.**

Dñica Judica sermo.

Quis ex vobis arguet me de peccato. **Johis. viij.** **Sermo noster erit de sancto euangelio hodierno huius dominice et continet unam solentem et strictam disputationem que fuit inter christum ex una parte. et principes iudeorum et doctores legis ex alia.** **Primo salutetur virgo maria.** **Quis ex vobis etc.** **Presens dominica dicitur que intitulatur dominica in passione domini non quod ista die fuerit passus. sed quia hodie sancta ecclesia que per totam quadragesimam preteritam fecit officium penitentie. hodie incipit officium de passione domini propter duas rationes.** **Prima ex parte christi.** **Secunda ex parte nostri.** **Primum ad primum. quia hodie iudei congregati in consilio generali in civitate hierusalem determinaverunt. diffinierunt. et concluderunt quod christus moreretur. quia totus mundus convertebatur ad christum. propter magnam miraculorum quod fecerat in suscitacione lazari quadriduani festi et corrupti.** **De quo dicit Augustinus quod narrabat que viderat in alio mundo dicens: quod nullus poterat evadere de inferno. nec saluari nisi per christum. et narrabat penas damnatorum et gloriam angelorum que viderat propter quod multi iudei convertebantur ad christum.** **Ideo principes. doctores. et maiores tenuerunt consilium etc.** **De quo dicitur Johis.** **Collegerunt pontifices et pharisei consilium adversus iesum et dicebant. Quid facimus. quia homo multa signa facit. si dimittimus eum sic omnes credent in eum. et venient romani et tollent locum nostrum. et gentem.** **Unus autem ex ipsis Cayphas nomine ait. vos nescitis quicquam. nec cogitatis quod expedit vobis ut unus moriatur homo pro populo:**

et non tota gens pereat etc. **Ab illo ergo die cogitauerunt ut interficerent eum.** **Joh. xj.** **Pro ecclesia hodie incipit officium passionis christi.** **Secunda ratio est ex parte nostri.** **Notandum quod sancta mater ecclesia fuerat diversos et varios modos ad provocandum peccatores ad penitentiam.** **In dominica prima provocat nos ad ieiunandum exemplo ieiunantis christi.** **Dominica secunda ad orandum exemplo mulieris canance.** **Dominica tertia ad profitendum exemplo illius demoniaci.** **Dominica quarta provocat nos ad penitentiam amore. ostendens nobis quod christus reficit et confortat illos qui sunt in deserto penite.** **Modo iam nihil aliud restabat ad provocandum nos nisi passio christi de qua hodie incipit facere officium et ipsa reducit ad memoriam tam propter bonos et devotos qui iam fuerunt confessi et ieiunaverunt propter quos habet mandata preterita ut perseverent foris exemplo christi. quasi diceret. **Recogitate eum qui talem sustinuit a peccatoribus adversum semetipsum contradictionem ut non fatigemini animis vestris deficientes.** **Heb. xij.** **quod etiam propter malos et impenitentes et indevotos christianos qui nondum fuerunt confessi nec ieiunaverunt. quasi dicit. mater ecclesia si exempla et officia preterita non poterunt vos ad penitentiam provocare saltem modo attendatis ad minus ad christi passionem qui pro nobis tanta passus est. in cuius passione petre scisse sunt et monumenta aperta sunt.** **Matth. xxvij.** **Quo ergo magis corda carnis indevotorum debent scindere pro contritionem. et monumenta. id est. corpora aperiri pro confessionem. et resurgere pro penitentiam.** **Ecce rationes quare ista dominica dicitur de passione domini.** **De ista benedicta passione christi ponunt et ostenduntur sex conclusiones in sancto euangelio hodierno que fuerunt disputate in dicta disputatione inter christum et principes et doctores.** **Prima conclusio quod benedicta passio fuit per christum portata innocenter.** **Secunda conclusio quod hec benedicta passio christi fuit pro iudeos tractata malignose.** **Tertia conclusio quod fuit despecta enormiter.** **Quarta conclusio quod fuit nobis ordinata profectuose.** **Quinta conclusio quod fuit patribus sanctis demonstrata figuratim.** **Sexta conclusio quod fuit a sancta trinitate ordinata singulariter.** **In his stat totum euangelium. et de his erit sermo noster.** **Et de prima conclusione dicitur thema. **Quis ex vobis etc.**** **Prima conclusio dicitur quod hec benedicta passio christi fuit per christum portata innocenter. quia sine culpa et sine peccato suo. quoniam christus semper fuit sine peccato aliquo. non solum in quantum deus: sed in quantum homo etiam nunquam peccavit. nec corde cogitando. nec ore loquendo. nec opere perpetrando.** **1. Cor. iij. et j. Pet. ij.** **Peccatum non fecit nec inventus est dolus in ore eius.** **De hoc facit euangelium.** **Dicit iesus turbis iudeorum etc.** **scilicet principibus doctoribus et phariseis populo. quis ex vobis arguet me de peccato volens eis ostendere eorum****

Domínica Judica

peccatū eo q̄ sine aliquo crimine ⁊ peccato dede-
rant sententiā mortis contra eū. q̄si diceret. **Ai-**
deamus quare ex quo peccato p̄ quo crimine. si
inuenitis in vita mea aliqd̄ peccatū vel i doctrī-
na aliqd̄ falsum dicatis. hoc modo nolo mortē
recusare. sed volo vobis ostendere q̄ nō morior
p̄ aliquo crimine. ⁊ respiciebat si surgeret aliq̄s
qui eum reprehenderet de aliquo: ⁊ nullus surre-
xit. **Et** fuit cōpleta p̄phetia **Ih̄iere. xj.** Ego q̄si
agnus māsuētus qui portat ad victimā sc̄z ino-
center. **Et** dauid. **Laptabat** in animā iusti ⁊ san-
guinem innocentē cōdēnabant. **p̄s. xcij.** **Mo-**
raliter thema. **Quis ex vobis** ⁊c. Sic potest dice-
re quilibet vere penitens p̄ncipibus demonum
postq̄ habuit p̄tritionē de peccatis. ⁊ fecit con-
fessionē ⁊ satisfactionē potest dicere demonib⁹.
Quis ex vobis ⁊c. **Q̄** magna p̄solatio ē chri-
stianorū penitentū. Confessio est tante efficacīe
q̄ delet et aufert om̄ia peccata de libro ⁊ memo-
ria diaboli. **Nota** exemplū de diabolo qui in
corpore obsesso dicebat peccata gentib⁹. qui di-
xit de scutifero militis qui peccabat cum vxore
sua. hic sanctificat⁹ est in stabulo p̄pter hoc. q̄
fuit cōfessus stabulario. quia subito nō poterat
habere copiam cōfessorū. **Si** ergo cōfessio facta
vni prauo laico fuit tāte virtutis q̄ diabolus nō
potuit sibi impropere peccatū. quāto maḡ cō-
fessio sacramentalis facta sacerdoti amouet ⁊ de-
let peccata de memoria diaboli. imo etiam ⁊ dei
non audent dicere illam cōclusionē. nisi quia in-
uenitur in textu bible. **Si** impius egerit penitē-
tiam ab omnib⁹ peccatis q̄ opatus est ⁊ custodi-
erit p̄cepta mea. fecerit iudiciū ⁊ iusticiam om-
niū iniq̄tatum eius quas operatus est nō recor-
dabor. **Ezech. xvij.** in qua autoritate ponūtur
quattuor clausule. **Prima** si impius egerit pe-
nitentiā ab omnibus suis peccatis ⁊c. scilicet cōte-
rendo de peccatis. **Sec̄da** ⁊ custodierit p̄cepta
mea sc̄z p̄ponēdo non redire ad peccata. **Tertia**
⁊ fecerit iudiciū. sc̄z peccata ore p̄fitendo. **Quar-**
ta ⁊ iusticiam sc̄z penitentiā sibi iniunctā seruan-
do. omniū iniq̄tatum eius nō recordabor ad pu-
niēdū. ⁊ q̄ ita intelligat̄ patet **Ezech. xxiij.** **O**ia
peccata que peccauit non imputabūtur ei. et sic
patet p̄ma cōclusio. **Quis ex vobis** ⁊c. q̄ null⁹
potest ip̄m reprehendere. **Sec̄nda** cōclusio dicit
q̄ hec benedicta passio xp̄i fuit a iudeis tractata
malignose. quia p̄pter inuidiam quā habebant
aduersus christū. quia popul⁹ seq̄batur christū
⁊ suos sermones. ⁊ ip̄i despiciēbant. **I**deo ip̄i ex
pura inuidia ⁊ malicia tractauerūt mortē eius.
hoc tangit̄ ibi cum dicit̄. **Si** veritatem dico vo-
bis. quare nō creditis mihi. si p̄ quia. si veritatez
dico vobis. sc̄z q̄ non potestis me reprehendere de
peccato. nec in vita. nec in doctrina. nec in p̄uer-
satione. quare nō creditis mihi. **Nota** h̄ quin-
q̄ veritates quas christ⁹ p̄dicauit iudeis. **Pr̄-**

ma de credendis sc̄z de articulis fidei declaran-
do eis secreta trinitatis ⁊c. **Sec̄da** veritas de fiē-
dis ⁊ fruandis de virtutibus theologalibus et
moralibus de opibus misericordie ⁊ iusticie de
meritis acq̄rendis ⁊c. **Tertia** de vitādis ⁊ cauē-
dis a vicijs ⁊ peccat⁹ sc̄z superbie ⁊ auaricie ⁊c.
Quarta de timendis sc̄z de penis inferni ⁊ pur-
gatorij de rigore iusticie diuine. de iudicio. de dā/
natione ⁊c. **Quinta** veritas de sperandis sc̄z de
beatitudinib⁹. de gloria paradisi ⁊ gaudijs. **I**deo
dicebat. si veritatem dico vobis ⁊c. et nullus re-
spondit sibi. **T**ūc christus assignauit rationem
quare nō credebant sibi de doctrina sua dicens
Qui ex deo est sc̄z p̄destinatus ad gl̄iam. verba
dei audit. sc̄z credēdo ⁊ obediēdo. p̄pterea vos
non auditis. quia ex deo non estis. **Ecce** ratio.
Ideo vos nō zelo iusticie nec virtutis tractatis
mortem meā. s̄z ex pura inuidia ⁊ malicia. **S**cie-
bat enī pylatus q̄ per inuidiam tradidissent eū
Matth. xxvj. **M**oraliter qui ex deo est ⁊c.
Unde vnus de signis eterne p̄destinatiōis est li-
bēter audire verbum dei. **Nota** tres modos au-
dire verbum dei. **Pr̄mo** audiūt quidā maligno-
se. quidam negligētē. quidam humiliter. **Pr̄mo**
modo audiunt ip̄m p̄sumptuosi ad reprehenden-
dum p̄dicatorem. ⁊ talis modus audire verbum
diuinū non est signum p̄destinatiōis sed dam-
nationis ⁊ reprobatiōis. **I**sto modo principes
iudeorū. doctorū. ⁊ pharisei audiebāt christum
Reperūt pharisei ⁊ legisperiti grauiter insistere
insidiātes ei. querētes capere aliquid ex ore ei⁹
vt accusarent eum. **Luc. xj.** melius fuisset nō au-
dire. **Sec̄do** modo audiunt vbum dei illi qui
non ex deuotione sed ex verecundia recedendi
de sermone audiunt verbū dei. sed non corrigūt
se nec emendāt. vel quādo p̄dicatur ip̄i cogitāt
de alio. **I**deo non illuminant̄ in intellectu ad cre-
dendū. nec in volūtate ad seruandum. nec talis
audicio est signum p̄destinatiōis sed maledicti-
onis. **I**uxta illud. **Maledict⁹** qui facit op⁹ do-
mini negligētē. **Ih̄iere. xlvij.** **Tertio** modo au-
diūt vbum dei illi q̄ cum deuotiōe ⁊ attentione
audiunt vt illuminēt̄ ⁊ corrigant̄. etiā si sint ma-
gni l̄ati. q̄ semp̄ reducant aliqua ad memoriā
de q̄bus ap̄ls. **Cum** accepissetis a nobis vbum
auditus dei accepistis illud non vt vbi hoīuz.
sed est vere verbum dei. ad **Tessal. ij.** **Talis** mo-
dus audire verbum dei est signū p̄destinatiōis
ad gloriā. **Ratio.** quia q̄ est in terra aliena libe-
ter audit noua q̄ dicuntur de sua patria ab illis
qui venerunt. **Sec̄do** de illis qui nō curāt audire
signum est q̄ non curant de illa patria. **Sic** p̄so-
ne bone ⁊ deuote sunt in hoc mundo tanq̄ pere-
grini ⁊ extranei. q̄ in celo habēt totū bonū suū.
parentes. amicos. scilicet patriarchas ⁊ p̄phetas
ap̄los ⁊c. **I**deo quādo aliquis p̄dicatoz q̄ venit
inde vbi fuit studēdo ⁊ p̄replādo enarrat noua

de ciuitate et patria paradisi. signum est de illis
 qui libenter audiunt quod sunt illius patrie et ciuitatis
 amici. Secus de illis qui non curant audire vel at
 tendere. Quibus dicit christus. propterea vos non au-
 ditis. quia ex deo non estis. sed per predestinationem. per
 amorem. per deuotionem. et per bonam vitam. **I**tem dicit
 scriptura cuiuslibet. **E**sto mansuetus et humilis ad au-
 diendum verbum dei ut intelligas. **A**cci. v. et **I**ac.
 s. **I**n mansuetudine suscipite insitum verbum quod
 potest saluare animas vestras. **T**ertia conclusio di-
 citur quod huiusmodi passio christi fuit despecta enormiter.
 quoniam illi iudei ita despectiue loquebantur
 de christo. ac si loquerentur de vno ribaldo sed vitu-
 perando ut patet ibi. **R**esponderunt ergo iudei sed
 indignati de hoc quod christus eis dixerat di. **N**one be-
 ne dicimus nos. quia samaritanos et demonium ha-
 bes. **R**espondit. ego demonium non habeo. sed honori-
 ficatio patris mei. et vos inhonorastis me. **E**go autem
 gloriam meam non quero. **E**st qui querat et iudicet. **E**cce
 quod ipsum vituperabant. **N**ota quod samaritanos dicitur
 a ciuitate samarie. sicut affluentius a ciuitate con-
 fluentie. **E**t iudei et samaritani inimicabantur. **E**t
 sicut nos dicimus alicui despectiue o iudee ita ipsi
 dicebantur o samaritane. et ita fuit per eos dictum
 christo. **N**one bene dicimus. quia samaritanus es. id est. rone
 gatus infidelis diabolus. **N**ota samaritanos es
 tu et demonium habes. duas iniurias dixerunt si-
 bi. **R**espondit christus dulciter se excusando di.
 ego demonium non habeo. sed non excusauit se
 non esse samaritanum. imo videtur procedere. sicut si
 diceret mihi. vos estis homicida et lato. ego ex-
 cusando me diceret. ego non sum latro. tacite con-
 cederet me esse homicidam. idem de christo. **D**icitur
 huiusmodi quod hoc nomen samaritanos habet malam
 significationem quia significat hominem infidelem et he-
 reticum. et hinc iudei dixerunt christo. samaritanus
 es tu. **S**ed habet bonam interpretationem quia
 quia samaritanus interpretatur custos. **E**t in sa-
 cra scriptura christus dicitur custos. **E**sa. xxi. **C**u-
 stos quid de nocte. custos quid de nocte. dixit cus-
 tos: venit mane et nox. **N**ota custos quid de nocte
 sed culpe. custos quid de nocte sed pene. quasi dice-
 ret. **L**ibera nos. dixit custos. venit mane scilicet
 misericordie. venit nox scilicet culpe. **I**psa enim chris-
 tus est custos vniuersalis qui custodit omnia. an-
 gelos. celos. elementa. homines bonos conseruan-
 do. malos ad penitentiam expectando. damnatos
 ad iusticiam preseruando. quia alii annihilarentur. **I**deo
 dauid. **N**isi dominus custodierit ciuitatem frustra
 vigilat qui custodit eam. **I**tem christus non negat se
 esse samaritanum ex quo poterat in bonum interpre-
 tari. **M**oraliter habemus hic doctrinam quod verba
 seu facta que possunt tam in bonum quam in malum in-
 terpretari. semper debent interpretari in partem bonam
 exemplo christi. **S**ic exemplum in vita patrum ex de-
 creto **G**elasij pape approbatur de illo sancto here-
 mita qui iudicauit hominem comedentem de mane

in die ieiunij qui de hoc fuit grauiter reprehensus
 ab angelo ense euaginato. nec cellam suam ingredi
 posset donec peniteret pro tali peccato etc. **I**deo
 christus. **N**olite iudicare sed dubia et incerta et non
 iudicabimini. **L**uc. vi. glo. **B**ede. **I**n hoc loco
 nihil aliud precipi existimo. nisi ut ea facta in quibus
 dubium est quo animo fiant in meliorem partem in-
 terpretemur. **S**ed christus negauit se habere demo-
 nem dicens: **E**go demonium non habeo. quia nulla
 bona signatione vel interpretatione potest homo
 habere demonem familiare. ideo christus se excusa-
 uit. **Q**uarta conclusio dicit quod hec benedicta pas-
 sio christi fuit nobis ordinata siue applicata. profectio
 seu fructuose. quia ipse voluit suspendi in ligno
 crucis ne aliquis sibi credens et obediens suspen-
 deretur in furca inferni. **D**e hoc ipse dicit in
 euangelio. **A**men amen dico vobis si quis sermonem
 meum seruauerit mortem non videbit in eternum.
Dixerunt ergo iudei. **N**unc cognouimus quia demo-
 nium habes. **A**braam mortuus est et propheta. et tu
 dicis. **S**i quis sermonem meum seruauerit mortem
 non gustabit in eternum. **N**umquid tu maior es pa-
 tre nostro abraam qui mortuus est et propheta mor-
 tuus sunt? **Q**uem te ipsum facis? **R**espondit ihesus. **S**i
 ego glorifico me ipsum gloria mea nihil est. **E**st pater
 meus qui glorificat me quem vos dicitis. quia de-
 noster est et non cognouistis eum. **E**go autem noui
 eum. **E**t si dixerero. quia non scio eum ero similis vo-
 bis mendax. **S**ed scio eum et sermonem eius ser-
 uo. **N**ota seruauerit in corde. in ore. in opere. **I**n cor-
 de per fidem. in ore per confessionem. **R**oma. xij.
Corde creditur ad iusticiam. ore autem confessio fit ad
 salutem etc. **I**n opere per mandatorum impletionem
 patet. **D**emonios sunt mandatorum ipsius ad faci-
 dum ea. **N**ota quod sermo christi est eius doctrina eu-
 gelica que seruat dupliciter sed firmiter creditur
 do. humiliter obediendo sed credere articulos fi-
 dei sine dubio et errore et falsa opinione. et obedi-
 re eius preceptis ea seruando. talis mortem sed dan-
 nationis. non videbit in eternum. christus loquebat
 de morte damnationis eterne. et ipsi iudei intellex-
 erunt de morte corporali. **I**tem dixerunt sibi. nunc
 cognouimus quod demonium habes. abraam mortuus
 est et propheta. **V**idetes quod prima iniuria sibi non
 displiceret. ideo illa dimissa iterum impropera-
 uerunt sibi aliam de qua se excusauerat dicens. **N**unc
 cognoscimus quod demonium habes. **Q**uestio quod ex
 isto textu. **A**men amen dico vobis. si quis sermonem
 etc. habetur quod passio christi fuit nobis applicata vel
 liter. **R**esponsio quod passio christi fecit nobis duo ma-
 gna bona. **P**rimus est. quia virtute passionis christi re-
 mittuntur nobis peccata. **S**ecundum quia virtute passionis
 christi ianua paradisi fuit nobis aperta. **I**tem non restat
 nisi quod ad gloriam vadamus per passum virtutum et bono-
 rum operum. quod fit seruando doctrinam christi. **I**deo dicit
Si quis sermonem meum seruabit. **P**atet conclusio et
 ratio illo quod dicunt. quod potest mihi passio christi si

Feria secunda post Iudica

ego habeo facere penitentiaz de peccatis meis.
Responso q̄ penitentia non fit ad soluendū precium p̄ peccatis. nec ad aperiendū ianuaꝝ paradisi. quia iam hoc fecit passio x̄pi. sed penitentia fit ad ambulandū illuc **J**uxta illuc dauid **I**būt de virtute in virtutem. **V**idebitur de⁹ deoz. id est. angeloz in syon. ps̄. lxxxij. **I**do dicit christus. **P**enitentia agite quoniaꝝ appropinq̄bit vobis regnum celoz. **M**at. iij. **N**ota si vis aliter dicere quomodo passio christi est nobis vtiliter applicata iuxta parabolā illoz duoz amicos r̄u quoz vn⁹ comisit furtuz p̄pter qd̄ fuit capt⁹ ⁊ ad suspendiū sententiatus. **A**lter x̄o ex magna dilectione quā ad illum habebat intrauit carcerem ⁊ recepit habitum amici sententiati cui tradidit vestes suas. ⁊ finaliter fuit p̄ amico suspensus vt ille euaderet. **Q**uid vobis videtur d̄ isto amico qui voluit mori pro amico. **I**bi duo amici sunt christus ⁊ homo. homo x̄o p̄pter furtū factus positus in carcere huius m̄di sententiatus et condemnatus ad furcam inferni. **S**⁹ venit eius amicus. scz christus verus deus ⁊ homo indutus veste latronis. id est. hūanitate qui fuit in ligno crucis suspensus. vt latro euaderet a furca inferni. patet ergo vtilitas passionis christi. qz dominus voluit mori p̄ seruo. innocens p̄ peccatore. j. **P**et. ij. christus semel pro peccatis nostris mortuus ē. iustus p̄ iniustus r̄c. **Q**uinta conclusio q̄ hec benedicta passio christi fuit antiquitus sanctis patribus figuraliter demonstrata. ibi. **A**braā pater vester exultauit vt videret diem meum vidit ⁊ gauisus ē r̄c. **D**ixerūt ergo iudei. **Q**uinquaginta ānos nōdū habes ⁊ abraā vidisti. **S**ic historiā que legitur **Gen. xxij.** quomodo deus dixit abrae. **T**olle filiū tuum vnigenitum quem diligis ysaac. **N**ota bene textuz. qz ysaac figurabat christū qui portabat lignum crucis **A**braā x̄o pater ysaac qui portabat ignē ⁊ gladiū figurat deuz patrem. de quo dicit apostolus **Roma. viij.** **Q**ui pp̄rio filio nō pepercit sed pro nobis om̄ibus tradidit illum. qui i vna manu portabat ignem charitatis **U**nde **Gregorius.** **O**nestimabilis dilectio charitatis vt seruum redimeres filiuꝝ tradidisti. **I**n alia x̄o manu portabat gladiū scz auctoritatis occidēdi filium. quia al̄s nullus potuisset ipsum occidere. **Esa. liij.** **P**ropter scelus populi mei percussi eū et sicut non fuit mortuus ysaac sed aries. sic nō fuit mortuus filius dei s̄m diuinitatem. sed aries. id est. christus. s̄m humanitatē. **E**cce quare christus dicit **A**braam pater vester r̄c. sed pp̄ reuelationem vt videret diem. vidit. id est intellexit in figura. quia intelligentia opus est in visione. **San. x.** diem scz passionis mee ⁊ gauisus ē **J**udei autē hoc non intelligentes ⁊ verba christi calūniantes dixerūt christo. **Q**uinquaginta annos nōdū habes ⁊ abraam vidisti. **S**⁹ cum

christus eēt trigintatriū annoz. quare dixerūt eū quinquaginta annoz **R**esponso. qz christus ex magnis abstinentiis. ieiunijs. vigilijs. ⁊ laboribus. iudicabatur senex. vt dicit glosa. ⁊ quinquaginta annoz. lz esset solum trigintatria ānorum. **M**oraliter habemus hic exemplum faciendi penitentia ⁊ abstinentiaz exemplo christi. quia quādo rex abstinet ⁊ laborat non debet feruus quietescere. **I**do apostol⁹. **ij. Cor. iij.** **S**emper mortificationem in corpore nostro circumferētes. vt ⁊ vita iesu manifestetur in corporibus nostris. **S**emp̄ eni nos qui viuimus in mortem tradimur propter iesum. vt et vita iesu manifestetur in carne nostra mortali. ergo mors in nobis operatur r̄c. **E**t ad **Colossem. iij.** dicit apostolus. **M**ortificate mēbra vestra q̄ sunt super terram. **S**exta cōclusio q̄ hec benedicta x̄pi passio fuit a sancta trinitate ordinata singularit̄ scilicet vt christ⁹ morerē. sed non lapidat⁹ nec gladius. nec p̄cipitatus. nec aliter nisi crucifixus in cruce. **H**ec cōclusio patet ibi. **A**men dico vobis anteq̄ abraam fieret ego sum **T**ulerūt ergo lapides iudei vt iacerent in eum. **I**hs autē abscondit se ⁊ exiuit de templo. **A**bscōdit se. glosa fecit se inuisibilem iudeis. sed nō apostolis. nec beate marie virgini que erat in isto festo. **Q**uid debuit ip̄a dicere quādo scilz venerunt iudei cū lapidib⁹ dicentes. moriaf. **E**cce hic finis disputationis. **I**nceperunt p̄ verba ⁊ paulatim venerunt ad vbera siue ad manus quādo audiuerūt ip̄m se facientem deum ibi. **A**mē amē dico vobis anteq̄ abraam fieret ego sum. vnde: ego sum. ē pp̄rium nomen diuinitatis. quia nullus potest dicere. ego sum: nisi abusiue. sicut nullus potest dici diues de pecunia quam mutuo accepit. qz non est sua. sic esse nostrū: est nobis a deo mutuum r̄c. **S**ol⁹ deus potest dicere. ego sum qui solus habet esse inmutabile. hoc itelligētes iudei tulerunt lapides. **S**⁹ q̄re christus noluit sic mori lapidatus. quia ita bene fuisset redempti illa morte si voluisset. **R**esponso ē duplex. **P**rima est litteralis **S**ecūda moralis. **Q**uā ad primam ratio fuit. quia non erat ita ordinatū in cōsistozio trinitatē q̄ christus morerē lapidatus. sed crucifixus: que erat mors magis despecta. **Sap. ij.** **M**orte turpissima cōdemnemus eum **Q**uā ad sc̄dam rationem moralē. quia per mortem crucis non solum sumus redempti. sed etiā instructi ⁊ defensi. vnde in cruce que habet quattuor brachia instruimur facere penitentiaz que habet quattuor opera penitentialia. **I**do apostolus qui x̄pi sunt carnem suam crucifixerūt cū vicijs ⁊ cōcupiscentijs. **Gal. v.** **I**tem per crucem sumus defensi ab oibus periculis. ad **Gal. vlt.** **A**bihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri iesu christi. **A**men.